

Sigismundus I. Rex Poloniae  
 Georgio Marchioni Brandebur-  
 gensi Nepoti.

105

Illustrissime Princeps etc. Quod nobis  
 scripsit Illustritas Vestra se apud nos  
 delatam esse, et venire velle ad nos, et se  
 nobis purgare. Non opus est, ut id faciat,  
 vel de hac re ullam habeat sollicitudi-  
 nem. Scimus enim, qualiter nos gerere  
 erga eos, qui nobis sanguine conjuncti sunt,  
 et quae de illis credere debeamus, et praesertim  
 de vestra Illustritate, cujus vir-  
 tutem et animi integritatem, erga nos  
 abunde perspeximus, tamen si venire huic  
 pro decore Nuptiarum voluerit, uti eam  
 rogarimus, nos eam libentissime videbi-  
 mus. Et bene valeat vestra Illustri-  
 tas. Datum 1518.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side]*